Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**De Providentia Pvblica, Circa Sylvas Et Arbores Omnis Generis: Maxime De Ivre Mecklenbvrgico**

## Dissertatio Secvnda :

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1759]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878**

Band (Druck) Freier Zugang

RU jurist. 30.Oct.1759
Mantzel, Ern. Joh. Frid.
/d

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002514878/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002514878/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002514878/phys_0004
DFG

DE

# PROVIDENTIA PVBLICA,

CIRCA

# SYLVAS ET ARBORES,

OMNIS GENERIS:

MAXIME

DE

## IVRE MECKLENBVRGICO:

DISSERTATIO SECVNDA:

QVAM,

DEO T. O. M. CLEMENTISSIME ANNVENTE,

ET

CONSENTIENTE AMPLISSIMO ICTORVM ORDINE,

PRAESIDE

**DN. ERN. JO. FRIED. Mantzeln,**

I. V. ET PHIL. D., SEREN. DVCIS REGN. MECKL. CONSIL. ET PANDECT. PROF. P. O. TOTIVS ACAD. ET FACVLT. IVRID. SENIORE,

STVDIORVM SVORVM PROMOTORE AESTVMATISSIMO:

IN ACADEMIA PATRIA,

ANNO MDCCLIX. DIE XXX. MENSIS OCTOBRIS,

H. L. Q. C.

PLACIDO EXAMINI SVBMITTET,

**IO. GOTTLIEB Burchard,**

ROSTOCHIENSIS.

L. V. C.

ROSTOCHII,

LITTERIS ADLERIANIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0005
DFG

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

A MONSIEVR,

MONSIEVR

# IEAN PIERRE SCHMIDT,

CONSEILLER DE LA REGENCE,

DE SON ALTESSE, SERENISSIME MONSEIGNEVR,

LE DVC REGNANT DE MECKLENBVRG.

ET

A MONSIEVR,

MONSIEVR

# MARTIN WENDT,

CONSEILLER PRIVE DE LA CHAMBRE

DE SON ALTESSE, SERENISSIME MONSIGNEVR,

LE DVC REGNANT DE MECKLENBVRG,

SEIGNEVR DE VIECHELN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0007
DFG

# *MESSIEVRS!*

*En Vous dediant les deux parties de ce petit ouvrage, je ne fais, qu' obeir à la voix de la plus vive reconnöiſſance, que vos bontées continuelles ont fait naitre en moi et croitre avec moi, de ma plus tendre jeuneſſe. Si e eſt choquer votre maniere de penſer, que de vouloir entreprendre ici le denombrement de toutes les obligations, que je Vous ai, Vous me voulés bien permettre, Meſſieurs! de me nommer vôtre*

*redevable*

*redevable ſans reſource. Heureux, ſi Vous agreés ce foible temoignage de mon ame reconnoiſſante, & du deſir ardent, de m'aquiter, tant ſoit peu, envers Vous. Le ciel, dont je ſupplie la toute puiſſance fera le reſte, en Vous comblant de ſes riches benedictions, deſtineés aux ames bienfaiſantes. Ie ne manquerai de ma vie, de temoigner en tout tems et en toutes choſes, le profond reſpect, et la ſoumiſſion ſincere, avec la quelle j'ai l' honneur d' être.*

*MESSIEVRS!*

*Votre*

*tres - hûmble et très - obeiſſant ſerviteur*

*I. G. Burchard.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0010
DFG

Q. D. B. V.

# DISSERTATIO SECVNDA,

DE

## PROVIDENTIA PVBLICA,

CIRCA

# SYLVAS ET ARBORES,

## OMNIS GENERIS: MAXIME DE IVRE MECKLENBVRGICO.

---

## INTROITVS.

Abſolvebatur, nupera diſſertatio, ſub dicto rubro, pag. 34. verbis: *Sufficiant hæc, qua diſſertationem priorem; Sequetur mox altera, plena Conſiliorum Cameralium, Edictorum, Reſponſorum & varii generis Curioſorum.* Bonum virum decet ſervare promiſſa: ergo accipiat B. L. hæc ulteriora placida, pariter bonum virum decenti, fronte atque mente.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0011
DFG

# TRACTATIO.

## §. I.

Servabimus ordinem promiſſionis & exordiemur a nonnullis Conſiliis Cameralibus, modo præmiſerimus, generalium ſuperiorum augmenta. Stat conceptus Sylvæ, quod ſit complexus variarum multarumque arborum. Hinc ſylva metaphorice vocatur congeries variarum rerum, ad genus unum tamen ſpectantium. Vnde Cicero: *Primum ſylva rerum ſcientiarumque eſt comparanda* & Suetonius: *Reliquit mediocrem ſylvam obſervationum antiqui ſermonis.* Plinius pharmacopolium ſub notione ſylvæ medicinæ deſcripſit. Habemus & in Bibliotheca juridica tales titulos metaphoricos, e. gr. in NEGVSANTII *ſylva Reſponſorum, de* NEVIZANIS *ſylva nuptiali, &c.* Multitudo comparative eſt reſpicienda & quoties quantitas eſt in dominio poſſeſſorum, qui carent ſuperioritate territoriali, ſimpliciter, in vernacula etiam noſtra. ein Wald, item das Holtz, Gehöltz, dee Wooldt, dat Holt, cum addito nominis prædicatur. Quoties autem ſylva eſt Principis, vocatur dat Herrn-Holt: Die Forſt N, die Waldung, interdum cum addito, per articulum femininum, die: e. gr. Die Löwitz, die Teldow, item die Wildniß N. Superioribus in terris maſculine exprimitur, e. gr. der Böhmer Wald, quæ ſylva in proverbium abiit: Das iſt ſo alt, als der Böhmer Wald, quod imitantur noſtri, rythmo patiente, ita: Dat is ſo old, as de Böhmer-Woolt: der Schwartz-Wald, ſylva hercynia, &c. Der Hartz-Wald pariter eſt notabilis. Den Mecklenburgſchen Priemer jam, in priori diſſertatione, memoravimus. Fuit illa ſylva olim adeo magna, ut verſaretur etiam in ore, pro ſuo modulo, argute loquentium: Quoties enim de robuſto & inter conis ludentes, multos ex novem proſternente, me puero audiente,

ente, erat ſermo, toties ſolebat efferri: Den ſchöll man na den Priemer ſchicken. Plebs ſibi concipit conos ut arbores & notiſſima eſt prætereuntibus vox puerorum: ein Holt ꝛc. it. in alia ludorum, ejusdem paginæ, ſpecie: Mie fehlt noch een Holt, ꝛc.

## §. II.

Diſtrictus inſigniores, arboribus pleni, ſolent etiam appellari eine Heyde, cujus exempla præbent, in vicinia, die Ribnitzer Heyde: Die Roſtocker Heyde, ꝛc. Quo loco non poſſumus non ex rerum curioſarum æſtimatoribus quærere, qua ratione mare alluens Ducatum Holſatiæ, vel Holtſatiæ, prope Femariam inſulam, appelletur die Collberger Heyde. Forte olim, & iterum olim, fuit ſylva a fluctibus aquarum abſorpta. Conf. ex geographicis Mecklenb. inſertis, ex hac manu, denen Intell. Bogen, littora maris Balthici, ſpeciatim inſulam Lipſe. In veteri geographia patria, teſtibus diplomatibus, varia erant deſerta, quæ inter eminebat deſertum *Nobum*, nobis hactenus, qua ſitum indeterminabile. Interdum ſylvæ majores, pluribus etiam communes, ab uno pago extantiori nomen acceperunt, per ſubſtantivum: Holt, e. gr. dat Holt Lübchin, prope civitatem Gnojen, a gnögen, ſufficere, ex hiſtoria Ducis Patrii, jura civitatis dantis, & petentibus, vicinum domaniale, up den Hege dictum, reſpondentis: Latet jüw gnögen, dit will wi för uns hegen, dictam. Appellabatur olim Gnoja lütcken Roſtock, quoniam cives exiſtimationem Roſtochienſium, in oppoſitione ad rurales, das Roſtocker Recht, acceperant. Prope nos datur der Dars, up den Daß vulgo. etymologiam deſideramus. Quæ influunt de exiſtimatione civium, ex conceſſione Iuris inſigniorem, civitatum, merentur paginas ſpeciales, quibus inſerentur diplomata, e. gr. qua civitatem Pomeranam, Tribuſees, quæ fuit dotata Iure Roſtochienſi, De Crœpelino alibi. *Conf. diſſ. Dn. D.* WAGNERI *inaug.*

*inaug. me Præſide habita.* Sed coerceatur calamus, ne quis dicat, nos ſcribere ex aſſociatione idearum, ad modum illorum, qui in omni cathedra ſunt extemporanei.

§. III.

In viam! Sylvarum & arboretorum quantitates faciunt diſtinctiones varias hincque denominationes, ingenio paſſim tribuendas. Eſt in vicinia ſylvula, dicta das Hellholtz; quæritur unde? nos a pelluciditate, ut ludamus, nomen illud habere originem putaremus fere. Datur quercetum minutſculum, novioris, comparative, ævi, & ſtudioſe plantatum, quod vocatur der Bramower Sack, credo, ex idea, per aliquam diſtantiam, incidente. Cur ſylvula vicina appelletur die Syldemower Liepe, dicant amici; nos, quia varia, in patria, loca vocantur Liepe, de terra uda & pratis vicinis, cogitamus, quamvis ipſæ arbores ſtent in monticulis. Liepen antiquis idem erat cum ſiepen, h. e. aquæ eſſe ſcaturiginem: unde Sipſchaft & brocardicum: je näher dem Sipp, i. e. ſcaturigini, je näher dem Erbe. *vid. Parœmiſtæ*, ſpec. HERTIUS, *n.* 83. Depravantes, ſucceſſu temporis, dixerunt eine Liete, i. e. rivulum, a prima origine. Lieden vocant reſolutionem glaciei. Detur venia luſibus; licet enim, per nos, haec talia plane non legere auſteros & de pane lucrando tantum occupatiſſimos.

§. IV.

Minora arboreta, habentia tamen etiam arbores primarias, vocant, in patria, eenen Remel. Quoties autem deficiunt quercus, fagi, &c. alicujus momenti, appellari ſolet een Buſch, eine Buſchkaſche, ab italica voce, il bosco, quæ denotat fruticem; utut uſu loquendi latius aliquando extendatur. Verbum, deboscare, Feudiſtis eſt familiare, denotans extirpationem, mox licitam, mox illicitam. *Vid. B.* STRYCKII *diſſ. ſpecioſa atque ſpatioſa, de agris deſertis*, von wüſten Huſen, *hab. Francof.* 1679. *cap.* 6.

*de*

*de deboſcatione*, ex qua diſcitur, quid ſit eine Hufe, manſus; quæ vox forte coincidit cum gallica: *maiſon.*

§. V.

In genere ſupra diſtinximus, inter ſylvas cæduas & non-cæduas, addimusque hodie, quod intuitu mixturæ appelletur cædua das Unterholtz. Eſt mihi nota ſententia, concernens litem de ſylva, dicta Papenholt, inter Nobilem & Paſtorem, vi cujus Paſtori antidhac adjudicata fuit cædua, per expreſſionem des Unterholtzes. An a denominationibus: Papendörp: Papen-Holt: Papen-Wiſche: Papen-Dieck: Papen-Hörn, ꝛc. aliquid argumenti, pro rebus eccleſiaſticis, fluat, incidit iterum; nam deſuper fuit quæſitum, in noſtris *Select. Iurid. Roſtoch. faſc. II. p.* 176.

§. VI.

Cui non dicta patriæ expreſſio: Ruſch un Buſch? Habent ſæpe quædam vocabula, ex rythmophilia noſtratium enata, ex una parte ceu in idiotico Mecklenb. demonſtratum, nullum ſenſum nullamque notionem: Sed quoad hoc exemplum aliquid hæret in voce latina: *Rus*, primitiva denotanteque campum rei agrariæ aptum deſtinatumque. Evolvantur, ſi placet, noſtra *Selecta Iurid. Roſtoch. faſcic.* 2. *p.* 56. ubi Hüßck un Schlüßck: Rack un Schmack: Sack un Pack: Wagen un Pagen: Hütt un Mütt, ꝛc. Lexicographi, ad vocem: *Rus* ita: Ein Feld und alles was darauf gebauet iſt. FABER ex Rigaltio excerpſit: *Rura veteres incultos agros dicebant, id eſt, ſylvas & paſcua. Rus merum homo incultus atque inficetus dicitur. Catullo, inficeto inficetior rure.* Inficetum nos derivamus a facere i. e. zubereiten & privativo. *Stryckiana diſſ. de agris deſertis*, von wüſten Hufen, nos, præter ſpem, hoc loco deſeruit. Deductiones binæ Mecklenb. hac manu exaratæ, ſunt inter operas, in manuſcripto. Publicare easdem, quia cauſas afficiunt publicas, non licuit. Attendatur omnino §. 502. des Landes-

Grundgeſetzlichen Erb-Vergleichs, v. Da auch, nach jetziger Verfaß- und Einrichtung der Land-Güter, der in vorigen dreyßigjährigen und andern Kriegs-Zeiten, entſtandene Begrif, von wüſten und verwüſteten Hufen, gänzlich aufgehöret; hingegen nunmehro ein jeder Guts-Beſitzer alle, vor hundert Jahren etwa wüſt geheiſſene Hufen, entweder ſelbſt im Gebrauch und Genuß, oder um Pacht und ſonſt ausgethan hat; ſo ſollen hinführo, zu Abſchneidung unendlicher Proceſſen, von allen Hufen, die vorhin und jetzt wüſte geweſen, und geheiſſen, oder niedergeleget worden, den Predigern und Kirchen-Bedienten, nebſt dem Miß-Korn, auch Eyer und Würſte, jedoch ꝛc. Conf. Reſol. ad gravam. de 1701 qua utrumque latus: in altero legitur: verwüſtete; in altero: wüſte. *Vid.* GRAV. *Eccl.* 9. Tertia notio eſt: Gelegte.

## §. VII.

Bellum, quod memoratur, tricennale, in Hiſtoria & univerſa re Mecklenburgica, multam meretur attentionem. Quam vellem edere dictas deductiones, particularia hiſtorico-œconomica continentes. Erant devaſtati diſtrictus: Paſtores vivebant Roſtochii & alibi, teſte matricula, ut exules. Redeuntes tandem ad ſedes, vix decem inveniebant, parochiæ, antea centurias habentis, cives. Agri jacebant inculti: Sylvæ ſuccreſcebant largiter. Adhuc ſupereſt, templum deſtructum, in gremio ruderum habens annoſas quercus. Paſſim in ſylvis ſunt campi, vocati dee Dörp-Steden. Pedetentim & raro creſcebant cultores & incolæ. Hinc emergebant in ſylvis vaſtis tot Cingari, Ziegeuner, de quibus multa in promptu ſunt edicta. Hinc tot conſtitutiones, curioſa media extirpandi tradentes, contra lupos, de quibus alia vice. Patres Patriæ jubebant ſucceſſive deboſcationes. Memorabile eſt, conf. verba allegata pacti legalis hereditaris: und andern Kriegs-Zeiten, etiam edictumGuſtav-Adolphinum, de 1674. d. 24. Iul. qua verba: Jmmaſſen einem jeden Bau-Mann

auferleget ſeyn ſoll, weil die Felder ſehr bewachſen, daß er, zum wenigſten, alle Jahr drey Scheffel und ein Coſſate anderthalb Scheffel Land ausrahden und NB. wieder zur Fahr bringen ſoll. Additur mandatum, ad Præfectos, de obſervando. Macte! quoties enim in genere ſylvæ & arboreta fruticesque impediunt agriculturam, toties eſt deboscandum. *Vid. all. diſſert. Stryckianæ, de agris deſertis, cap. VI. ubi n.* 2. ſcribit Autor: Vocabulum deboscationis eſſe barbarum, tamen a DD. Iuris non tantum receptum, ſed & aliud, quod naturam rei ita exprimat, non adeſſe. Vana ſunt multa, quæ de barbarie vocabulorum cantantur in triviis. Maneant Ciceroniana, Salluſtiana, alia; ſed novis rebus imponentur nomina nova, & quoties clariores dantur expreſſiones, illas non taxet Orbilius. Vix riſum aliquando, ut juvenis, in Collegio tenere poteram, quum Profeſſor, per quadrantem horæ, laboraret damnare vocem *ſtricte* & diſtinguere inter ſenſum latum & magis ad rem adductiorem. Eadem hora incidebat in caſtigationem vocis: *perſeverantia*; *ſed vid. Nizolius.* Ad Plinii epiſtolam primam, qua rubrum: Trebatio *ſuo*, duas horas commentabatur, qua vocem: *ſuus*; ſed quid ſibi volunt tot ampullæ. ICtus placet, dicens, ad antecedentia: *Res non ſunt propter vocabula; ſed vocabula propter res.* Vſus loquendi, juxta Horatium habet vim & normam. *Leg. B.* LVDOVICI *diſſ. jurid. de Grammatica mala*, quæ hiſtoriam Sigismundinam, de Schismate tollendo, ex Concilio Conſtantienſi, §. 8. eleganter recenſet. Quæritur, anne potuiſſet Imperator jubere, daß ſchisma, in ſeinen Staaten, führohin ſollte generis feminini ſeyn? Inclinavit ipſe in eam majeſtatem, Placentino Cardinali, monenti; *Sereniſſime Cæſar! ſchisma eſt generis neutrius: reponens: Nos Rex Romanorum, ideoque majoris auctoritatis, quam monachus Alexander Gallus. Nonne inſtituere poſſumus novam grammaticam?* Legatur illuſtre *Chronicon Spirenſe*, LEHMANNI, *Lib. VII. C.* 79.

§. VIII.

§. VIII.

Pergimus ita: Noſtrum ſæculum liberale eſt & ſonorum in oeconomicis projectis. Prodiit, *anno* 1751. *ſq Dn. G. H.* Zincken Cameraliſten-Bibliotheck, per 4 partes. Continet illa recenſum, derer Bücher und Schriften, von der Land- und Stadt-Oeconomie, dem Policey- und Cammer-Weſen. Parte I. a. p. 256. reſpicit, das ſiebende Haupt-Stück, das Forſt-Weſen, den Holtz-Anbau und die Wirthſchaft damit. Speciatim §. 46. agit, vom Forſt- und Wald-Weſen überhaupt: 47. vom Anbau des wilden Holtzes: 48. vom Holtz-Preiß und Holtz-Sparen, ſammt den dazu gehörigen Oefen und Feuer-Stätten: 49. von Forſt-Rechten. Evolv. index generalis, poſt partem ultimam, lit. H. & addatur, ex novioribus, **Bidemanns Anweiſung zu einer pfleglichen Forſt-Wiſſenſchaft.**

§. IX.

Cui non dictus eſt illuſtris liber, *Dn. de* ROHR, qui tertium auctior prodiit, anno 1755. ſ. t. Haushaltungs-Bibliotheck, vid. index v. Holtz. Legatur, a p. 535. ubi Autor laudat & defendit den Torf und die Stein-Kohlen. *Pagina* 395. *in Cap.* 9. §. 14. infit: wie die Holtz-menage angeſtellet werden ſolle und könne, iſt aus denen Hochfürſtl. Mandaten und Forſt-Ordnungen, ſo des Fritſchii Corpori Iuris venatorio-foreſtalis, welches Herr Stryck wiederum 1701. zu Leipzig in f. auflegen laſſen, angehänget ſind, zu erſehen. Eſt inter illas, die Fürſtl. Mecklenb. Landes-Ordnung de 1562. Sequens §. 15. ita incipit: Die Holtz-Spar-Kunſt iſt, zu unſern Zeiten, da der Holtz-Mangel je mehr und mehr einreißt, gewiß höchſt nöthig; es haben daher alle diejenigen, bey dem Publico, einen beſonderen Danck verdienet, ꝛc. textus habet cœtera, lectu venuſta. Conf. juxta indicem, v. Ofen.

## §. X.

Noſter COLERVS, *Sup. Parchim.* Theologus, Iure: Conſultus & Medicus, *vid. B.* MANZEL *de Superint. Parchim. p. 74. ſq. in Oeconomia rurali & domeſtica*, quæ ſua, ut ſupra dictum, fata habuit, integrum librum deſtinavit ſylvis & arboribus, ſ. r. ξυλοτροφία. Habet ille multa lectu jucunda & utilia. Sequitur tamen Autor paſſim ſuam philoſophiam, e. gr. Cap. 7. von Holtz-Künſten. Excerpſit, differens, de cura ſylvarum, elegantem Virgilii verſum:

*Si canimus ſyivas, ſylvæ ſunt Conſule dignæ.*

Reſpexit pariter textum ex Nehemiæ Cap. II. v. 8. de litteris Regiis, an den Holtz-Fürſten, Aſſaph.

## §. XI.

Nemo ex ordine bonorum, invidebit nobis, vel ægre feret hujus dulcis thematis amplificationem. Eines Ungenannten, in rubro ita, in dedicatione apparet *Mich. Gottl.* GRIESBACH, Verbeſſerung aller Stuben-Oefen, ꝛc. 1755. cum fig. æn. plane ſtudet, per multa conſilia, aufs Holtz-Erſparen

CHAPVSET, in der Beſchreibung, bequemer Oefen, zur Beförderurg der Holtz-Menage, 1757. cum fig. æn. refert Bœcklerum, Sturmium noſtrum, cujus ſpecimina adhuc in hac urbe ſuperſunt, Leutmannum, Gaugerum & Societatem Regiam ſcientiarum Suecicam, in pari ſtudio antea laborantes. Ingenioſus eſt, cum omnibus aliis, autor. Speciatim p. 17. cum applauſu, commendat den Caſtroll-Ofen, ſcribens: Seine Wirckung iſt über die Maſſe ſchnell. Er braucht ſehr wenig Holtz, und hält die Hitze viele Stunden. Vna ex ſpeciebus, ab inventore, appellatur ein Leutmanniſcher Ofen. Von denen Circulir-Ofens nimis ſubtiliter philoſophatur, p. 23. diſtinguens etiam cœli plagas. Proteſtatur, contra imputationem, daß ſeine wohlgemeynten Vorſchläge lauter leere Einfälle. Fiat

 appli-

applicatio & attendatur, per experientiam, quæ ſola magiſtra. Incidit judicium ruſticum, de nova inventione oeconomica rurali, conceptum verbis: Dat is wol man ſo een Steern-Kiecker weſt, de dat upbröcht hett. Speculationes otioſas a praxi volebat diſtinguere; ſi negaſſet ſtudia, artem & theoriam, alapa dignus fuiſſet. Dari autem theoriam impracticabilium & otioſorum, nemo negabit.

§. XII.

Speculantur & ſpeculabuntur Caminorum indagatores, in omne ævum. Thema eſt die Holtz-Spar-Kunſt, quæ jam antiquum eſt ſtudium, *vid.* BEVTHER, *ad Sleidanum*, *ad annum* 1557. WEHNER. *Obſ. pract. p.* 239. LEYSER *in Iure Georg. p.* 489. Duo in omni Oeconomia ſimul veniunt attendenda, quorum poſterius ſæpe damnoſe negligitur & devorat prius. Et ſtudendum eſt in der Vermehrung & in der Verwendnung. Maneamus, hac vice, in ſylvis & audiamus præſtantiſſimum *V. L. v.* SECKENDORF. *qui p.* 3. *n.* 6. *p.* 463. *ſ.* des Teutſchen Fürſten Staats, qui ſylvas ad primaria provinciarum refert. Definit, quid ſit Wald, quid Forſt: latiſſimum uſum ligni deſcribit & pergit: Daher einem Regenten, der mit Wäldern und Gehöltze von dem lieben GOtt geſegnet — — — de cura ſylvarum diſſeritur & pergitur, per varia conſilia, e. gr. die Bäume ſoll man, der Scheite halber, nicht mit Axten zuhauen, ſondern den Abgang zu verhüten, mit Sägen zuſchneiden. Vult legi, propter multitudinem obſervationum, quamvis ingenium, cui aliqua accedit experientia, in omnia & ſingula queat incidere.

Autor, der Fürſtl. Macht-Kunſt, cujus opellam, pluribus vicibus, ut eſt in rubro, edidit H. BODINVS, de multis cameralibus ſonorus, de hoc commate altum ſervat ſilentium. Philoparchus plura cerpat.

## §. XIII.

Ornarunt bibliopolia, noſtro ævo, multi viri, laboribus ſuis, ad hoc punctum tendentibus. Legantur, I. C. Lehmanns allgemeine œconomiſche Holtz = Spar = Kunſt, Lipſ. 1749. P. Kretſchmers Vorſchläge, wie das Holtz zu vermehren, Lipſ. 1746. Incidit, inter tot Theoreticos, illud: ſœpe valet plus natura ſine arte, quam ars ſine natura. Anno 1756. prodibant I. L. Müllers Med. Lic. & Phyſ. Lenz. Gedancken, wie dem immer mehr zunehmenden Brenn = Holtz = Mangel abzuhelfen, Roſt. & Lipſ. 8. Plenum eſt folium ſpeculationum atque cogitatorum mixtorum. In prioribus §§. laboratur contra deboscationes & contra negligentiam plantandi. §. 10. adſcribitur damnum, denen Hexen = Pföſten, §. 11. denen Pfingſt = May = Büſchen, verbis: die jungen Bircken wurden bey der Erde niedergehauen, um, im Pfingſt = Feſte, Kirchen und Häuſer damit auszulauben; welche üble und holtzverderbliche Gewohnheit ſo tief eingewurtzelt iſt, daß — — — ſo gar die Küſter ſich auflehnen, als welchen ſonſt die verdorreten May = Büſchen, ſo in den Kirchen geſtecket waren, als ein accidens zufielen. Eja! *vid. noſtrum Progr. Pentec.* 1758. Pergit, in demonſtratione cauſarum penuriæ, per numeros. I. Aus der Vermehrung der Menſchen; den verderbten Neigungen, zur Pracht und Eitelkeit; daß nicht, wie ehemahl Herrſchaft und Geſind in einer Stube ſitzen. Daß ſo viel warmes Eſſen gemacht werde und die alte Wochen = Schüſſel abgeſchaffet ſey: daß der Thee = und Coffee = Keſſel den gantzen Tag nicht vom Feuer komme: daß die Pracht ſo viele Wäſchen verurſache: II. Daß ſo ſchlecht gebauet werde, in Abſicht derer Wände, derer Geſimſe, Fenſtern und derſelben fehlenden Laden, derer vielen Thüren und Zug = Winde: III. Daß die Stuben = Oefen ſo ſchlecht angeleget: IV. Daß das Geſinde ſo übel wirthſchafte: V. Daß man ſo viel naſſes Holtz verbrenne: VI. Daß ſo viel Holtz in Späne gehauen werde: Num. VII. agit von Torf. In ſequentibus dantur a §. 22.

 conſilia

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0021 DFG

conſilia chymica, poſt verba: ich bin auf die Gedancken gekommen, daß uns aus dieſer Noth wohl niemand beſſer, als die Chymici helfen könnten. Sed ſatis! bene monuit in theoria; legantur reliqua a cupidis & intelligentibus ejusmodi phyſicalia. *Add.* C. H. HORNII & C. WILDVOGEII *diſſert. de eo quod juſtum eſt circa arbores, it.* P. H. KREBS *de lapide & ligno, rec.* 1700.

## §. XIV.

Volunt legi noſtri ævi ſcriptores inclyti, Gaſſerus, Dithmarus, Darjes, de Iuſti, Denſo, alii multi, item Autores tot periodicarum paginarum, in & extra Germaniam, der œconomiſchen Fama: des Magatzins, des phyſicaliſchen œconomiſchen Patrioten, der Schleſiſchen œconomiſchen Sammlungen, die Braunſchweigiſchen Zinckiſchen Sammlungen, der œconomiſch-phyſicaliſchen Abhandlungen, ꝛc. Studium eſt, quod meretur attentionem & ſcientificam tractationem, modo adhibeatur experientia & abſint ſubtilitates, collata regula: non omnis fert omnia tellus. Sæpe conſilia, ſumptibus vincunt effectus & ſunt mere theoretica, vid. der ſorgfältige Hauß- und Wirthſchafts-Verwalter, Vratiſl. 1746. Interdum ſunt vana: e. gr. qua ſtudium faciendi ex avena ſiliginem. *B. S. P.* GASSERVS, qui erat inter primos rerum cameralium Profeſſores Academicos, in dem Vorbericht, von der zu Halle neu fundirten Profeßion, über die œconomiſchen, Cameral- und Policey-Wiſſenſchaften, *ed. Hal.* 1728. Cap. 21. deſtinabat dem Forſt-Weſen, p. 23. falſe ſcribit: vor dieſen behulfen ſich die Haus-Wirthe, mehrentheils, mit dem Colero; andre laſen die Calender nach, kauften auch wohl, dann und wann, von denen Waſſer-Brennern, ein Tractätlein, ꝛc. Erras Homere! imitatio & experientia ſunt magiſtræ & patresfamilias, etiam analphabeti rurales, absque omni Colero & calendario, vel tractatulo a circumforaneis emto, ſpeculantur & faciunt proble-

problemata atque experimenta; accedunt etiam fortuita. Sed his nolo obſtare doctrinæ academicæ: vellem, dari & hic docentes: Verum, darentur, credo, modo haberent auditores, quales & alibi deficere, ceu relatum referimus. Invitavi, hujus ſtudii amantiſſimus & quod præfiſcini ſcripſerim, non plane imperitus; ſed vacuum mihi fuit relictum lectorium, poſtquam frigent, etiam ex malis inſidioſisque conſiliis, alia, antidhac avide appetita.

## §. XV.

Vltimum, hoc anno prodiens, quantum novimus, & noſtrum clima etiam afficiens ſcriptum œconomicum, eſt *Chriſtoph. Ehrenr.* ROSENOVII Verſuch, einer Abhandlung, vom Acker-Bau und der Koppel-Wirthſchaft. Recenſetur in denen Gelehrten Roſtockiſchen Nachrichten, ſub die 28. Iulii, poſt lectu gratum proœmium, Domini Recenſentis, verbis: Es ſcheinet dieſer Satz (de œconomia ſcientifica) nunmehro in der Welt einige Aufnahme zu finden, da man, in vorigen Zeiten, ihn für ungegründet und alle Theorien von der Wirthſchaft, für eitle Speculationen, die nur müßige Köpfe unterhalten könten, angeſehen hat. Legantur reliqua, ex 10. plagulis, emtores & lectores non obruentibus, ſed inſtructiores dimittentibus.

## §. XVI.

Audiatur die œconomiſche Geſellſchaft, in Engelland, intuitu der allgemeinen Haußhaltungs-Kunſt und der Land-Wirthſchaft, aus denen ſicherſten und neueſten Erfahrungen und Entdeckungen geprüfet und in Ausübung gebracht. Addantur, der Königlich-Schwediſchen Akademie der Wiſſenſchaften, Abhandlungen, aus der Natur-Lehre, Haushaltungs-Kunſt und Mechanick. Floreat illuſtre illud ſtudium & ſervetur, æqualitas inter cives, quantum fieri poteſt & pium eſt. Magnos magna decent, medioxumos media & minoribus quantum geometrice ſatis. Vocari ſolet, pars quædam Cameralium,

das Finantz-Weſen. Bene! curioſitatis gratia annoto tantum, in his terris, olim vocem Finantz acceptam fuiſſe in ſiniſtram partem. Vid. der Mecklenb. Schäfer-Eyd, in fine Ord. de 1643 v. Ich N. lobe und ſchwere — — — daß ich — — mich im angenommenen Schäfer-Dienſte — — — ohne alle Finantz, — — — ſchicken und verhalten wolle. Als mir, u. ſ. w.

## §. XVII.

Dno Conſil. Cameræ Regiæ, KRETSCHMERO, qui ipſe edidit, 1744 œconomiſche Vorſchläge, wie das Holtz zu vermehren, die Straſſen mit ſchönen Alleen zu beſetzen, die Obſt-Bäume anzulegen, ꝛc. it. von Projecten und Projecten-Machern, dicavit *Anonymus* anno 1750. ein Sendſchreiben, die Verbeſſerung, der Land-Wirthſchaft überhaupt betreffend, ſub die 9. Aug. P. 19. diſſerit auf die Abſchaffung, der Brenn-Holtz-Flöſſerey und die Anpflantzung, der weiſſen Maulbeer-Bäume. Merentur excerpi verba ſequentia: daß die Brenn-Holtz-Flöſſerey, vornemlich wenn auf Carinen-Bolen gelaſtet werden muß, die Peſt der Forſten ſey, wird kein der Sache Verſtändiger läugnen; immaſſen zu Carinen-Bolen, Binde-Stangen, Klammern, Schricken, Weden und dergleichen nur auf dem Spree-Strohm, alljährlich Millionen Stücke, des beſten jungen Holtzes, verwüſtet werden, woraus, in 20 und 30 Jahren, das treflichſte Bau-Holtz erwachſen konte. Suppeditat alia transportandi faciliora conſilia, medi-antibus quibus præcavetur, daß man kein naſſes und ausgelangtes, ſondern trocknes und gutes Holtz, für den bisherigen Preiß bekäme; zu geſchweigen, daß, wenn beym Bau, ſtatt der Lattſtämme, Säge-Blöcke, und, ſtatt des kleinen Bau-Holtzes, lauter ſtarckes und zum Aufſchneiden tüchtiges Holtz angewieſen, die ſogenannten Weller oder Lehm-Wände, wo es thunlich, introduciret und, ſtatt der vielen Zäune, Graben (hoc paſſu diſſentimus) gemacht würden, das Holtz auch dadurch ungemein zu erſparen ſey. Pergit: daß endlich die Anpflantzung der weiſſen Maulbeer-Bäume, uns für den Brenn-

Holtz-

Holtz⸗Mangel in Sicherheit ſetzen helfe, iſt eine ſo bekannte, als wahre Sache. Ich kenne keinen Baum, der ſtärcker treibt, als dieſer: alle drey Jahre kan man denſelben, ohne an Fütterung, für die Seiden⸗Würmer, Abgang zu haben, wie eine Weide abkappen und dieſes abgehauene, an ſich harte Holtz, giebt, zur Feuerung, dem Eichen⸗Holtze nichts nach. Legatur nuper edita Staats⸗Verfaſſung, des Reichs Schweden, item Bidemanns nuperum ſcriptum, ſ. t. Anweiſung, zu einer pfleglichen Forſt⸗Wiſſenſchaft. Seges, cum voluptate legendorum habetur in *diſſ. Tubing. ex anno* 1756. *Dn.* SMALCALDERI, *de juribus, circa bombyces, moros & ſericum.* Plena ſunt omnia, §. 2. *& paſſim*, allegationis ſcriptorum Cameralium & ſpeciatim §. 12. diſtinctio mororum excolitur.

## §. XVIII.

Quod ad edicta concernentia & alia, vim legalem habentia, in his terris patriis, manemus hodie debitores, promiſſi catalogi, & tantum depromimus ſequentia, hac vice, acceſſoria.

Iuramentum ſcultetorum Mecklenb. der Schultzen⸗Eyd, continet comma, auf die Höltzung fleißig Achtung haben.

In deſcriptione derer Schultzen Amts⸗Pflichten, d. d. 1 Iul. 1697. n. 7. ita legitur: Dahin zu ſehen, daß von jeglichem Einwohner, in dem Dorfe, jährlich, zu gehöriger Zeit, eine gewiſſe Zahl Birn⸗ und Aepfel⸗Stämme geſetzet, ſelbige zu rechter Zeit gepfropfet und alſo gute Baum⸗Gärten angeleget werden. Nr. 12. imponitur neceſſitas faciendi & conſervandi, eine Wolfs⸗Kuhle, & generaliter alles beyzutragen, was zur Ausrottung der Wölfe dienet. Sed hoc obiter, hoc loco, pariter ac ex n. 13. daß die Wege und Stege, in und bey denen Dörfern, gebeſſert und im guten Stande ſollen erhalten werden.

## §. XIX.

In Ord. Pol. intermiſtica, *Guſtav - Adolphina*, de 1661. §. 24. renovantur die Feuer⸗Ordnungen & additur; Laſſen

wir

wir geſchehen, daß gewiſſe Brand-Gilden, unter gewiſſen Städten und Dörfern, aufgerichtet, zuvor aber uns, zu unſer gnädigſten Reviſion und Confirmation, übergeben werden. Addatur Ejusd. glor. Ducis Feuer-Ordnung, d. d. 15. Ian. 1676. Von den Mecklenburg. Feuer-Käſten, und denen anzurichtenden Brand-Gilden, ex edicto *Chriſtiano-Ludoviciano*, de 1681. d. 20. Ian. diſtincte refert B. FRANCK!, *Lib. XV.* p. 20. Feuer-Greſen vocabantur inſpectores. Abſolvit verbis: von der Beobachtung, dieſer guten Ordnung habe ich nichts gefunden. Projectum Roſtochienſe, einer Brand-indemniſations-Caſſe jacet impreſſum ex anno, 1722. ſed caruit ſucceſſu.

Per edictum, de 1702. d. 24. Ian. Dux Regnans FRIED. WILHELMVS, gl. m. diſponit, de quantitatibus des Nutz- und Rade-Holtzes. Ein jeder Bau-Mann oder Hüfener ſoll, alle drey Jahr, eine Büche, zu Rade- und einen Eichheſter zu Axen- und Nutz-Holtz; ein groſſer Coſſate aber oder Halbhüfener, der mit dem Viehe dienet, halb ſo viel haben.

Aliud d. d. 17. Septemb. 1707. & iterum tale, d. d. 18. Iulii, 1712. remittunt ad §. X. der Forſt-Ordnung, de 1706. Additur notio des Pfahl-Holtzes & mandatur, alle Jahr, vor der Erndte-Zeit, die Wohnungen und Scheunen, da ſie leer ſind, zu beſichtigen: der Reparation wegen Ueberſchläge zu machen, (includitur die Reparirung der Hackelwercke) und dieſelben noch vor dem Froſt-Wetter gebührend einzuſenden; denn, ita habet textus, zur andern Zeit, als im Winter, gar kein Holtz mehr, von nun an, ſoll angewieſen werden. Legislator negligentibus imponit reſarcitiones ex propriis. Detur venia, ordinem temporis, ob connexitatem, paulo turbanti.

## §. XX.

Maxime notabile eſt edictum beatiſſ. ejusdem DVCIS, d. d, 16. Nov. 1702. Ruſtici ſunt non minus ingenioſi & prave ſolertes. Prætextus ſunt infiniti & in ſophiſmatibus excellunt omnes

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0026 DFG

omnes mali. E re igitur erat, vel plane pellere ſuſpectos, e ſylvis, vel ſtatos ipſis præſcribere dies. En textus cardinem: Fügen — — daß hinführo alle Unterthanen zweene Tage, in der Wochen (welche Tage, von unſern Beamten, ihnen angeſetzet werden ſollen) ihr benöthigtes Brenn- und zum Verkauf vergönnetes Holtz hauen, ſonſten aber, bey Vermeydung ſchwerer Leibes- und Geld-Strafe, ſich im Holtze nicht finden laſſen ſollen. Mandatur, die Verbrecher ſo fort bey der Cammer, zur gebührenden Beſtrafung, anzumelden. Optime! nam Endymiones, ſibi relicti, excedunt in quantitate & multam ſpem non-cæduæ ſylvæ, de qua in diſſ. præced. § 18. ictibus ſuis auferunt.

## §. XXI.

Non licebat prætervidere Conſtitutionem FRIEDERICO-WILHELMINAM, juſte ſeveram extantiſſimamque, adverſus fures, ex ſylvis. Tenor accipiatur verbotenus: P. P. Fügen euch, geſammten unſeren Amts- Unterthanen, und ſonſt jedermänniglichen, hiemit zu wiſſen, welchergeſtalt bey uns nicht allein gar viele Klagen, wegen verübter Holtz-Diebereyen, in unſeren Förſten, eingekommen, ſondern wir auch mit höchſtem Misfallen vernehmen müſſen, daß einige Eures Mittels ſich unterwinden dürfen, bey nächtlicher Weile, aus unſeren Höltzungen, heimlich Holtz zu holen, und, wenn ſie dann unſere Jagd- und Forſt-Bediente im dunckeln dabey attrapiret, denenſelben gantz gewaltſahmer Weiſe ſich zu opponiren und zur Gegenwehr zu ſetzen: wann wir aber ſolch frevelhaftem Beginnen gar nicht nachſehen können, vielmehr ſelbiges, ein vor allemahl, kraft dieſes eingeſtellet und abgeſchaffet wiſſen wollen; ſolchemnach befehlen wir euch, obbemeldten unſeren Unterthanen, ſammt und ſonders, hiemit gnädigſt und ernſtlich, daß ihr euch hinführo dergleichen verböthenen Unternehmungen enthaltet, zu Nacht-Zeiten euch gar nicht mehr in unſeren Höltzungen finden laſſet, vielweniger jemand von euch, wieder obbeſagte unſere Jagd- und Forſt-Bediente, einige Gewaltthätigkeiten mehr verübet, wiedrigenfalls dieſelbe hiemit befehliget werden, auf alle und jede,

welche hiernächſt von ihnen in unſeren Höltzungen bey finſterer Nacht attrapiret werden, und ſich dann nicht gutwillig pfänden laſſen wollen, mit dem bey ſich habenden Schieß-Gewehr Feuer zu geben, und wenn bey dieſer Begebenheit einer von ſolchen Uebertretern unglücklicher weiſe etwa bleſſiret werden, und derſelbe darüber gar das Leben einbüſſen dürfte, ſolcher zufällige Todtſchlag an ihnen keinesweges mit der ordinairen Leibes-Strafe geahndet, beſondern die hiezu forcirte Thäter davon frey erkannt werden ſollen. Und damit ſich keiner hinkünftig mit der Unwiſſenheit dieſerwegen zu entſchuldigen Urſache haben möge, ſo werden alle unſere Beamte, in beyden unſeren Hertzogthümern und Landen, hiemit gnädigſt befehliget, dieſe unſere Fürſtl. Verordnung aller Orten auf dem Lande von den Cantzeln, nach verrichtetem GOttes-Dienſt, öffentlich publiciren, und nachhero an den Schultzen-Gerichten, oder Krug-Stätten, gewöhnlicher maſſen affigiren zu laſſen. Datum auf unſer Veſtung Schwerin, den 14ten Aug. Anno 1710.

## §. XXII.

Succederent ex promiſſo, aliquot reſponſa Facultatis noſtræ juridicæ; ſed quia ſumtus obſtant, B. L. accipiat, nonnulla, qua ſubſtantiam, hac vice, tantum, hinc ſalvis ulterioribus.

Anno 1748. m. Martio, ad litem, inter Dn. de W. & Dn. de M. reſpondebatur:

Daß ein jeglicher Lehn-Mann allerdings, kraft dieſes geleiſteten Eydes, gewiſſenshalber, ſchuldig ſey, dem vorſtehenden Holtz-Mangel, auf allen dienlich-rechtlichen Wegen, vorzubeugen. Caſus erat de officina vitri paratoria. Fiebat deductio ex LL. & DD. aliquando edenda.

Eod. anno elaborabatur largiſſimum illud, quod inſertum *Select. Iurid. faſcic. VI. a. p. 93.* ſub rubro; *De providentia, ne devaſtentur ſylvæ Mecklenburgicæ,*

Memo-

Memorabilis erat deciſio, nomine Fac. ad juſſum Sereniſſimi, anno 1709. concepta, quæ legitur *in Iure Mecklenb. illuſtrato, Cent. III. jud. 33. ſ. 1. de conſenſu Domini Terræ, ad cædendum arbores, ſtricte accipiendo, nec de ſylva hac ad aliam trahendo.*

Legatur, ex eodem opere, *dictæ Cent. n. 56.* exceſſus poſſeſſoris antichretici, cum deciſione contra eundem, ad inſcriptionem: *De providentia Mecklenb. in conſervationem ſylvæ non-cæduæ.*

## §. XXIII.

Iam, hac vice, accedant Miſcellanea, & ex parte curioſa criticaque, prout in mentem veniunt.

1. Diſſ. de lithanthracibus, p. 3. prioris diſſ. memorata, eſt *Dn. D.* DORNFELDII, *hab. Lipſ.* 1742. poſteriorem litteram h. typotheta habuit pro nulla.

2. In diſſ. priori, §. 24. p. 26. dubitative, de privilegio gratioſiſſimo, Paſtoribus nonnullis, intuitu caprarum, conceſſo, um durch die Milch die Reinigkeit der Sprache zu befordern, ſcribebatur. Accepi nunc, a magno lectore illarum paginarum, omnino vera retuliſſe B. FRANCKIUM & dari ejusmodi privilegia, ex dicta ratione, clementiſſime tributa & quidem novioribus annis, ad binas capras tamen reſtricta. Allegat ille Mœcænas noviſſimum exemplum, qua Paſtorem Malchovienſem, ad atteſtatum Medici Guſtrovienſis, gratioſiſſime impertitum.

3. P. 10. in fine §. 16. in præced. diſſ. loco textus, ex *tit. ff. de R. N.* legendum: *de R. V.*

4. Notabilis eſt *diſſ. Rintelienſis, ex anno* 1746. *Celeb. ICti F. V.* PESTELII, *de Iure circa lateraria*, vom Ziegel-Brenerey-Rechte. Allegat autor p. 3. Oweni temere ludentis verſi-

verſiculum, cujus metrum & proſodiam ſuo loco relinquimus:

*Vt viſco capiuntur aves, a fiſco ſic capiuntur opes.*

Falſum eſt illud Horatianum:

*pictoribus atque Pœtis*

*Quodlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas;*

Niſi forte Horatius de meris fictionibus & monſtris ſenſerit, ut eſt in ingreſſu libri, verbis:

*Humano capiti cervicem pictor equinam*
*Iungere ſi vellet*, κ. τ. λ.

Pergit *Peſtelius*, vel *Cand. Maierus*, diſſerere, de limitibus Regalium. Nihil præciſe hoc loco ad nos, præter paſſum ex p. 9. ubi refertur, ſæculo XVI. Epiſcopum Mindenſem, in vulgo ſic dicta Bornsheide, prope Petershagam ſita, officinam laterariam conſtruxiſſe: Vnde exorta inter Epiſcopum *Hermannum* & Petershagenſes, contentio, quia imminebat totius ſylvæ, in damnum publicum, extirpatio. Additur temperamentum, liti faciens finem, per interventum Ottonis, Comitis Schaumburg. Patris dicti Epiſcopi. Sunt omnia lectu digna. De ſpeciali jure circa lateraria diſſerere non eſt opus, quia ad actus meræ facultatis ſolent referri, donec publicum immineat damnum & aliquid fiat, per verſionem ſylvæ non-cæduæ.

5. Sed euge! an rectius ſylva? an ſilva ſcribitur? Faber in Theſauro, ex lingua græca, pro ſilva, maxime ex N. Teſtamento nomineque Σιλȣανȣς, movet dubium. Sed a potiori uſu nos y utimur utemurque, nullos, qua textum biblicum, in ſimpulo fluctus excitantes. Primitivum deeſt: idem tenemus de voce: *arbor*, quam Poetæ, pro ſua licentia, quando ultimam ſyllabam voluerunt facere longam, in *arbos* mutarunt. De arbuſto conceptus variant.

6. De

6. De myſteriis arborum varia poſſent ſcribi, ſed cultus deaſtrorum, in lucis, ſunt de tralatitiis. Iudicia a majoribus noſtris ſub dio & arboribus, maxime quercubus, fuiſſe adornata, probat Mecklenburgicum, zu Sieben-Eichen. Scripſimus de eo alibi & quæſivimus locum determinatum; ultra conjecturam, de Prozecken, cujus derivatio ab imperativo: *proſequere!* a Venedorum Baptiſta adhibito, nondum placuit, aſcendere non licuit; ambiguam eandem tamen reddidit amicus, per derivationem, a deaſtro Prone, quaſi Prons-Ecken. Succeſſu temporis exſtinctæ ſunt atque perierunt quercus memorabiles variæ. Agricultura ubique crevit & lapidum magnorum aras, cum apparatu reliquo, removerunt, ope pulveris pyrii, malleis promptioris, ut taceam demiſſiones ſubterraneas, aratra ſalvantes; quæ œconomica diligentia refertur merito ad meliorationes. *Vid. diſſert. praced. ibique all. alia*, von Zucht-Häuſern. Superſunt paſſim ejusmodi ſtructuræ lapideæ gentiles, de quibus etiam traditiones ante annos adhuc dabantur, inter plebem, nondum adeo phlegmaticam. In campo Iordensdorffii, quod eſt ſedes parochi, in Synodo Darguno-Neocaldenſi, datur immanis moles arte diſpoſitorum lapidum religioſorum. Erat antidhac ibidem circum circa quercuum poſteritas. Noviori tempore vocatur ille campus Bühn-Ecken; ſed conſtat, immediate, ex ore, ante ſemiſæculum, ſeptuagenariorum & ultra, quod denominatio ſit corrupta; quandoquidem ipſis pueris pronunciatum erat nomen, per Brühn-Eecken: omnino de Prone igitur erat cogitandum.

7. Poſſedimus opuſculum latinum poeticum, haud inelegans, de arboribus, ſingulis diis deabusque conſecratis; ſed disparuit inter tot chartas. Etiam alnus, hodie ignobilior, multis habebat ſeu myſteria. Supereſt, in patria, dicterium, de hominibus, in ſuo genere, felicioribus:

De is in eener ellernen Molje gebadet; Nec dubitamus ſuperſtitionem majoribus plebejis hoc loco ſediſſe, adhibendi, qua infantes, ex matre rubentes, vas alneum. Quod ex alnis navigia fecerint Romani, probat verſiculus *Virgilianus*, *ex Lib. I. Georg.*

*Tunc alnos primum fluvii ſenſere cavatas.*

Habet, per experientiam lignum alnorum, accedente aqua, durationem longævam; imo etiam ſoli terræ infixum per ſæcula non corrumpitur; unde in fundamentis ædium antiquarum, deſtruentes deprehendimus ſubſtratas in profundis udis, alnos. De præſagiis quercuum teſtantur Virgiliana:

*prædixit ab ilice cornix:*

*De cælo tactas memini prædicere quercus.*

Superſtitio & artes deceptoriæ, augurum, collegarum eorumque, auſpicum, haruſpicum & extiſpicum, varias invexerunt, qua arbores, nænias, e. gr. de arboribus de cælo tactis, darin das Wetter geſchlagen; a quibus ſibi cavent ædificantes, tradendo, daß die Gebäude gewiß dereinſt vom Donner-Wetter würden angezündet werden. Nugæ!

8. Collegimus aliquando omnes ſpecies arborum fruticumque, in terris Mecklenburgicis, etiam carptim obviarum. Inſereremus catalogum alphabeticum, cum denominationibus vernaculis & idiotiſticis, niſi conſumeret folia. Forte dabitur, amicorum ad auram, diſſertatio tertia. Proprie illa voluptas eſt pars conceptæ Geographiæ Mecklenb. Sed non omnibus affectis amplius par ero; immo talia ſunt labores ſocietatum litterariarum, qualem invitis rodentium dentibus, adhuc ſpero, vel uno viro plurium. vid. *elegans labor Büſchingio-Hanſenianus*, prodiens anno præterito, ſ. t. Staats-Beſchreibung des Herzogthums Schleswig.

9. Relata ſunt hactenus, quædam, de pœnis furum lignariorum. Roſtochii olim obſervata fuit ſingularis ſpecies,

des Setzens nemlich, in einen höltzernen Kaſten und Hinunterlaſſens, auf gewiſſe Mahle, von der Peters-Brücke in die Warnow. Reliquia machinæ ad pontem ſemper pendentis, hi viderunt oculi. Rectius eſt abrogata hæc ſpecies, propter vitæ periculum; Cur non retenti die gewiſſe Mahle um den Kaack zutragende Schand-Steine, qui adhuc ſuperſunt, ſuo loco debemus relinquere. *Vid. noſtrum Ius Crim. Mecklenb.p.* 42. Sæculo elapſo ſolebat a Fac. Iur. adhuc dictari.

10. Ad §. 36. diſſ. præced. neglecta ſunt, in ſchedula manuſcripta adnexa ſequentia, de Iure parochiarum & parochorum, qua ſylvas & ligna: in antiquioribus Ord. Eccl. Mecklenb. de 1552. & 1557. promittitur: Wat ock den Kercken enttagen is, Acker, Wiſchen, Holdt edder Tinſen, dat ſchall en ane allen Vertoch wedderum reſtituirt unde weddergegeven werden. *Add. diſſ. I. M.* ENDTERI, *de Iure uſufructuario Parochi, ſpeciatim in ſylvis. Altd.* 1733. Maxime legatur ſcriptum illuſtre, Gryphicum, *Balthaſarianum, de Matric. eccl. p.* 57. *ſ.* 140. *ſ.*

11. Caritatis ſucceſſivæ & hodiernæ, ab antiquo pretio immaniter differentis, exemplum habetur, an dem Holtz-Gelde, welches Kirchen- und Schul-Bedienten, auch andre Beſtallte, vor Zeiten, lieber, als die Faden und Fuder, in nutura haben wollen. Facilis tamen debebat dari regreſſus. *Conf. noſtra diſſ. de viſitat. eccl. Meckl.* §. 32. *ſ.*

12. Wie alt ſind die Glaß-Hütten, in Mecklenburg? Poſſibile eſt, ſpecies earum adornare, absque ligno atque ignem alere ceſpite uſtili. Deficit tamen vitro claritas & pelluciditas. Ceſpitem illum vocat meus intimus, *Perilluſtr. Dn. de* BALTHASAR, *in ſcripto all. p.* 141. *turffam, ſ. terram bituminoſam, quæ in modum lateris cæſa & ſole toſta, in uſum ligni adhibetur.* Bene!

13. Quid feret tandem promiſſor artis, aus Habern Weitzen zu machen? *vid. ſucceſſivæ, nonnullæ paginæ litterariæ ſtatæ.* Poſtquam ille præſtitit præſtanda, nos cogitabimus, de quercubus & fagis ex alnis, betulis variisque dumetis atque vepretis, per inoculationem, producendis. Fertur, ſtipitibus crambis, inſeri poſſe extremitates frondium ex pomis atque pyris, demittique naturam inſitorum ad radices dictæ ſtipitis, contraque illarum radicum naturam enaſci proceras arbores, pomiferas maxime. Caremus experientia, & quamvis allegetur ſpecies pomorum, ſub nomine der Kohl-Aepfel, dubitamus tamen. Incidit ſemper, talia meditantibus vanitas alchymiæ. *Conf. Mr. du* HAMEL *la Phyſique des arbres.*

14. Habemus, in patria, circumvallationes, agrorum, pratorum, &c. quas dicunt Knicke. Spectatum admiſſi videant, vel rideant œconomiam. Habet ejusmodi Knick fere ulnas, in latitudine ſiſtitque congeriem lignorum, omnis generis, corruptioni dedititiorum. Poterat fieri ſæpes, ter quaterque ex illa ruta cæſa. Sed iis locis ubi talis exercetur prodigalitas, ligni ſolet eſſe copia immanis & deficit commercium, ob diſtantiam urbium & defectum fluminum; nec aptæ ſunt facile ſpecies ad vertendum in alios uſus, præter combuſtionem in furnis, culinis & fornacibus; niſi officina lateraria forte vellet adornari, quæ tamen requirit argillam, haud ubivis obviam; ne taceamus abundantiam ejusmodi fabricarum & difficilem venditionem. Eſt mihi, etiam ex αὐτοψία notum, quod habetur in expreſſione: Dar ligt ſo veel Holt, dat de Poggen doch man upfreten. Habemus in patria diſtrictus, ubi congeruntur arbores & arbuſta, incendunturque agri habendi gratia. Proh! danturne conſilia meliora? Quæſtio: an ſylvæ impediant prata & agriculturam? eſt otioſa in genere & reſponſalis tantum in exemplis.

15. Scripſi,

15. Scripſi, de prodigalitate & de ſæpibus: incidunt etiam in textibus obvia monſtra œconomica, die Hackelwercke dicta. Vah! quanta inutilis opera. Fit ſubſtrata ſæpes, ad dentes facientium usque: Ponuntur, ad utrumque latus, longi, communiter quercini pali, Hackel-Pale, in cruces exeuntes. Contorquentur illi ſupra ſæpem, id quod paſſim vocant das Büchſen anziehen. Eminentibus palis imponuntur vaſtæ moles fruticum. Quæ, qualis œconomia? Poterant omnia evitari per ſæpes evectiores paulo, cum palis acuminatis etiam vepreta aculeata ferentibus, contra bruta & homines ſufficientibus, parcereturque agro fertili, ad ulnas, per opuſcula & umbras inutili reddito. Sed, quis ego ſum?

16. Omnino etiam ſylvæ cæduæ merentur providentiam. Videantur, in genere, cautelæ contractuum, antichretici maxime & iocati conducti. Addatur omnibi conſideratio tempeſtivitatis. Placet, & propter terminos œconomicos, quos in paucis lineis omnes, præter vocem Hau, deprehendimus, excerpere verba *B. Dn. de* SCHWEDERI, quibus ille uſus in pragmaticiſſimo Tr. von Anſchlagung der Güther, *Cap.* 13. *membro* 25. §. 2. Wenn an weichem Holtz ſo viel vorhanden, daß es in Tafeln getheilet und hievon jährlich eine ausgehauen wird, kan, nach Anzahl der Faden, ſo jährlich aus einer Tavel gehauen werden, wohl in Anſchlag gebracht werden. Nil prohibet excerpere B. STRYCKII formulam, ex *Caut. Contr. Sect.* 2. *c.* 9. §. 30. Die Höltzung anlangend, ſoll der Herr Pächter ſich civiliter (pfleglich) derſelben gebrauchen und an Brenn-Holtz mehreres nicht, als was er zu ſeiner Küche und Hauſe bedarf, nichts aber zum Verkauf fällen laſſen. Bene! in regula. Habentur tamen in ejusmodi contractatibus, nonnunquam, pacta leges dantia laxiora. In quibusdam ejus notæ contractibus legitur, daß der Pächter ſolle ſchuldig ſeyn, denen hie und da aufſteigenden jungen Eichen, Büchen und

Tannen, die unnützen und dem Wachsthum hindernden unteren Zweige zu benehmen. Noſtrates vocant uhtſchneteln. Tandem legatur HERTIVS *in paroem. L. II. nr.* 17. Wer darf jagen, darf hagen: it. ante n. 23. denn der Hage, dem iſt auch der Graben.

17. Qua taxam arborum, *vid. Perill. Dn. de* BALTHASAR *Annot. ad dictum Schwederum, p.* 91. *ſ.* Norma haud eſt dabilis. Requiruntur interdum arbores ſingulares, per multa milliaria advehendæ. E. gr. die Eiche zur Mühlen-Säule. Octo imperiales ſunt in der Preußiſch-Pommerſchen Holtz-Ordnung, de 1719. determinati; ſed audiantur noſtri Ruperti experti. Fautor inſignis, Aulicus Suerinenſis Perilluſtris, poſt lectam præcedentem diſſ. ſcribit, es koſte dort eine Tanne ſchon zuweilen, mit der Herzuflöſſung, 8, 10 und mehrere Thaler.

Sperabam aliquid huc faciens, ex BIELERI *diſſertat. de palo molinario*, von Fach-Bäumen und Sicher-Pfählen, hab. Sed ſpes me fefellit, & definitio objecti eſt diverſa.

*Erf.* 680. *rec.* 740.

18. Scribenti, vom Beſchneteln, incidit, quod forte e re foret omnibus arboribus adimere, per integram ſylvam, frondes inferiores, fruges vix vel raro ferentes, proceritatem tamen impedientes. Paſſim ſufficerent illæ culinis & furnis, maxime ſi exſcinderentur aridæ emortuæque vel in totum, vel in tantum. Stemmata & trunci poſſent etiam utilius eradicari atque verti. Vocatur, technice, die Verdünnung der Wälder. De frondibus mortuis, von Horn-Telgen, ſupra: Arbores integræ poſt obitum vocantur geſtickte, & morbus oritur ex nimia in uno circulo copia, unde accedat conſilium, in der Dicke (ita eſt in ore) einige auszumärtzen, quod verbum proprie arborum tractatione, quæ menſis Martii eſt, accipere placet. Miramur ſœpe oſcitantiam patrumfamilias, in hortis, maximeque illam ruſticam nationem, quæ nullam obſervat evrythmiam.

19. Ad conſilia, quæ ſubſtratum, venire poſſent in cenſum die Creuße auf denen Kirch-Höfen, una cum ſarcophagorum luxuria coercenda. Audivimus aliquando, de edicto reſtringente, ſed non datur in noſtris collectionibus veſtigium. Iuvet qui habet & eſt amicus. Qua pontes ſuadent nonnulli Cameraliſtæ fornices, ex multis, etiam intuitu ligni, rationibus. Nonnulla ſpecimina ſunt in promptu, apud nos. Extra urbem rarum præbet in vicinia Keſſinum, absque tamen vulgari argumento pro demonſtranda qualitate olim civitatenſi. Multa deſuper veniunt, in Geographia patria, diſſerenda. Fabulis antiquis plena eſt noſtra Hiſtoria, v. B. KOEPKENIVS *Tr. ſpec. it. B.* LOCHNERI *ſingularia Mecklenb.* Narrant, campanam, ſupra turrim noſtram Marianam, de horis admonentem, habere legibilem inſcriptionem: *Kaſſien*, arguuntque inde, neſcio quid. Sed hiſtoria campanarum, pariter ac religio veterum Gentilium, migrantium & caſtra ſuperterranea atque temporaria tantum, inſtar urbium, habentium, deſerit atque contradicit. B. L. gratioſe habeat legatque tot digreſſiones. Placere nonnullis, etiam primiceriis & non-pygmæis ſolet litterariis, das Unerwartete. Quod tandem per ſerrarum loco aſcium, in diviſione arborum, adhibitionem multa exerceatur parſimonia ligni, eſt evidentiſſimum. Drummeln vocant noſtrates, modum, cum multo diſpendio particularum exciſarum tractandi arbores.

20. Satis! modo adjecerimus paucula.

a) Arbores majores & proceras, in ſuis ſpeciebus, prope ad ædificia, præſertim pagana, plantare, eſt, ſalvis tectis, cautela œconomica, contra procellas & qua incendia, eſt omnino laudabilis. Extendimus idem ad tilias aliasque arbores in coemeteriis novimusque, per experientiam, quanta exinde provenerit ſalus & ſalvatio.



b) In

b) In cauſis ſylvarum decernenda veniunt mandata ſine clauſula, *vid.* BERLICH. *P. I. concl.* 81. *n.* 116. GAIL. *Lib. II. Obſ.* 67. *n.* 7.

c) Duræ ſunt LL. Rom. adverſus vi & clam cædentes alienas arbores *t. t. ff. arb. furt. cæſ.* LL. XII. Tab. latronibus cædentes æquiparant. Add. *Art.* 168. *C. C. C.*

d) Etiam propter venationes ſylvæ ſunt curandæ. Leg. ſcriptores, de bannis ferinis, vulgo von Wild-Bannen, non Bahnen. Bann enim eſt diſtrictus vel locus circumſcriptus. Ipſa coemeteria vocantur Todten-Banne. Er iſt in den Bann h. e. arcetur a locis & juribus quibusdam, vel eccleſiaſtice, vel politice.

e) Qui ſylvas Meckl. perluſtrat, obſervat diſtrictuum, per foſſas olim covſervatorum, ne pecora nocerent juvenculis arboribus, veſtigia.

f) Quid fuit, quod undique congeſſerunt Iſraelitae, hoſpites & mancipia Aegypti? Vid. Exod. IV. v. 7 ſq. Stroh item Stoppeln? In ſenſu hodierno fuiſſe, neutiquam putamus. Obiter quærimus: An non conſultius ex ratione ſtatus, ille tyrannus egiſſet Pharao, ſi juſſiſſet extinguere puellas recens natas, quam puellos. Omnis ratio ſtatus iſtius Pharaonis probat inſaniam, pariter ac Herodis, infantes Bethlehemiticos perimentis & filiæ Herodiadi caput Iohannis elargientis. Quid ſit das Gras, Matth. VI. v. 3. dicant, qui ſunt humaniſſimi.

g) Ad paſſus, de characteribus ſylvæ cæduæ item ad nr. 18. vom Beſchneteln, incidunt adhuc commata legum noſtrarum, vom Wruck, i. e. ex ſtemmatibus exciſarum, quercuum præſertim, enatis vel alias nullam ſpem facientibus, quippe quæ nihili æſtimantur. *Conf. ex præced. diſſert. n.* 7. qua verba: Die jungen glatten Buchheſter zu ſchonen.

h) Notio eines Land-Schadens, quæ maxime occurrit, in Legibus, ſylvas concernentibus, meretur definitionem. Quid

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0038 DFG

Quid eine Horſt, & num concinat cum biblica voce Hort? *vid. Sel. Iur. Roſt. Faſc.* 1. *p.* 392.

i) Holtz und Schade wachſen alle Tage, eſt in dicterio; ſed ſal deſideramus.

k) Ordinationes, contra die Fackeln, cum variis aliis, non capit hæc diſſertatio.

l) Noſtra illuſtris quercus, in via, Doberano, ad aggerem ſanctum, den heiligen Damm, ducente, appellata die Königs=Eiche, inclaruit etiam apud exteros, ceu probant KEYSLERI *Antiquitates ſeptentrionales.*

m) Curentur ſylvæ, ad exemplum majorum! Argute dixit, qui aliquando dixit: Die Alten hätten ſich angeſtellet, als wenn ihnen das Holtz aus dem Rücken gewachſen wäre. Perrexit, wer nicht von der Verminderung, derer Ausgaben, anfienge, richtete mit der Vermehrung, derer Einkünfte, nicht das geringſte aus. Medium tenuere beati.

n) Debebant omnino allegari ſupra, ubi de noſtro judicio zu Sieben=Eichen, *ill.* DREYERI Sammlungen, *P.* 2. *p.* 734. ubi multa lectu venuſta.

# TANTVM, PER DEI GRATIAM.

PRAESTANTISSIMO

# DOMINO BVRCHARDO,

AMICO ET ITERVM RESPONDENTI
SVO OCVLISSIMO,

S, P, D,

PRAESES.

Noluiſti, *Vir eruditiſſime*! Tibi eripi diſſertationis, nuper habitæ, continuationem. Idem ergo thema: Idem Reſpondens: iidem fere Domini Opponentes idemque Præſes: Eadem erit & hujus opellæ, qua benevolos Lectores, felicitas; Parta etiam Tu tueberis atque augebis; hoc eſt, favor, honeſte ſentientium, Tibi, & in rebus, & in verbis aliisque inſtrumentalibus, verſatiſſimo, applaudet iterum iterumque. Repeto, quantum ad me, ſuperiora & apprecor Tibi omnis generis ſalutem. Adſpiret gratia ſummi Numinis & aura Patronorum. Satis! hac vice; Plura enim, ſcribam, ad diſſertationem Tuam inauguralem, quæ erit Tibi, ex hac ſtatione, ultima. Vale & amicitiæ, Burchardo - Mantzelianæ, perpetuus teſtis atque interpres eſto. Dab. Roſtochii, die 24. menſis Octobris, Anni MDCCLIX.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0040 DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0041
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0042
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514878/phys_0043
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002514878/phys_0044
DFG

conſilia, qua ſubſtratum, venire poſſent in cenſum
eutze auf denen Kirch-Höfen, una cum ſarcopha-
n luxuria coercenda. Audivimus aliquando, de
reſtringente, ſed non datur in noſtris collectio-
veſtigium. Iuvet qui habet & eſt amicus.
pontes ſuadent nonnulli Cameraliſtæ fornices, ex
, etiam intuitu ligni, rationibus. Nonnulla
nina ſunt in promptu, apud nos. Extra urbem
præbet in vicinia Keſſinum, absque tamen vulgari
nento pro demonſtranda qualitate olim civitatenſi.
deſuper veniunt, in Geographia patria, differenda.
is antiquis plena eſt noſtra Hiſtoria, v. B. KOEP-
VS *Tr. ſpec. it. B.* LOCHNERI *ſingularia Mecklenb.*
nt, campanam, ſupra turrim noſtram Marianam,
ris admonentem, habere legibilem inſcriptionem:
, arguuntque inde, neſcio quid. Sed hiſtoria
anarum, pariter ac religio veterum Gentilium,
ntium & caſtra ſuperterranea atque temporaria
n, inſtar urbium, habentium, deſerit atque contra-
B. L. gratioſe habeat legatque tot digreſſiones.
re nonnullis, etiam primiceriis & non-pygmæis ſolet
riis, das Unerwartete. Quod tandem per ſerrarum
cium, in diviſione arborum, adhibitionem multa exer-
r parſimonia ligni, eſt evidentiſſimum. Drum-
vocant noſtrates, modum, cum multo diſpendio
ularum exciſarum tractandi arbores.

! modo adjecerimus paucula.

res majores & proceras, in ſuis ſpeciebus, prope
ificia, præſertim pagana, plantare, eſt, ſalvis tectis,
a œconomica, contra procellas & qua incendia,
nnino laudabilis. Extendimus idem ad tilias alias-
rbores in coemeteriis novimusque, per experien-
quanta exinde provenerit ſalus & ſalvatio.

 b) In